

## Prohemium

Des vero. Ibi incipit quarta pars in qua dicitur imperator iustus, quod circa leges se habuit dicens illi laico qui assistebat coram eo, fili mi circa leges me habui quod quasi omnes homines de mundo vult legibus aliorum imperatorum quod leges in melius reformari. Ecce erant enim omnes tres codices, scilicet hermogonianus, theodosianus, gregorianus: et alie constitutiones extraneas partes sparsim posite per quosdam et leges predictorum trium codicum et aliarum constitutionum extranearum que valde erant confuse, ego iustinianus ex illis tribus codicibus et ex alijs extraneis constitutionibus feci fieri unum codicem clarum et elucidatum. Secundo loco ego iustus, habui respectum ad alia volumina desperata et imbecilla seu plura et infinita, et ex illis voluminibus desperatis compilari feci librum, scilicet seu pandectarum, et quasi per medium profundum vadens iam per dei gratiam adimplevi illud opus, scilicet seu pandectarum, et hoc in quarta parte versus ibi, Lunus.

Lunus. Ibi incipit quinta pars in qua intendit adhuc dicere imperator iustus, quod circa leges se habuit et dicit, Audi fili mi, condito codice et digesto nolui adhuc desistere sed misi per tribus sapientibus curie mee, scilicet per tribus iudicibus quod erat doctor legum et in dignitate que storie tunc positus. Item misi pro theodoro et dorotheo qui erant illustres viri et antecessores nostri: quod forte fuerant cum precedentibus imperatoribus, qui tres viri de tribus poterant commendari. Primo de solertia quod valde interiti et solliciti erant circa arte legale, secundo de scientia: quod valde erant sapientes, Tertio de fidelitate, quod precepta mea efficaciter suscipiebant et ad effectum fideliter producebant, sicut iam multoties vidi et exemplo cognovi, et cum fuerunt in presentia mea ego rogavi eos et precepi eisdem ut mea auctoritate et meis suggestionibus librum institutionum, i. instituta componerent: quod fecerunt. Et hic liber institutionum fuit bonus triplici ratione. Primo fuit bonus ad hoc ut rudes scolares qui ponunt audire iura cum primitus studeant in his constitutionibus a me iustis, compositis, non autem studeant in antiquis constitutionibus que fabulas continent. Iste enim constitutiones viles sunt, quod nihil in utile continent, et nihil proferant, id est male positum vel iuri contrarium et nihil iustitiam, sed continent solummodo ea que sunt vitia et iuri contraria et que tunc emergentia seu convenientia et accident-

ria. Secundo bonum fuit hunc librum institutionum componere, quod scolares rudes volentes studere in his institutionibus plene scient et ad discant in uno anno quam olim addiscebant versus ad quadriennium quando ab antiquis institutionibus suum studium inchoabant sive incipiebant. Tandem in fine huius partis ante dirigit sermonem suum imperator iustus, iuvenibus sive scholaribus rudibus, occasione quorum istum librum institutionum fieri fecit dicens, O iuvenes principium legalis scientie habetis a me iustis, scilicet librum institutionum, et finem legalis scientie scilicet a me habetis, scilicet codicem quem feci fieri ex tribus codicibus et alijs extraneis constitutionibus, quod primo anno studij legitis iustitiam, et ultimo anno studij legitis codicem, etambo sunt libri imperiales seu imperatoris, et a me iustiniano compositi. Et sic debetis vos iuvenes valde gaudere de tanto honore, quod principium et finem studij habetis a me iustiniano, et hoc in quinta parte versus ad. S. igitur.

Igitur. Incipit sexta pars in qua sic format casum. Dicit imperator iustus, quasi se commendans, quid feci ego post omnia predicta et post compositionem. Et post tempus digestorum seu pandectarum in qua compilatione, scilicet per tribunianum et sapientes alios et post librum institutum, ego precepi predictis tribus, tribuni, theodoro, et dorotheo ut volumine institutionum quod fecerant in quatuor libros dividerent, quod fecerunt. Primo liber durat versus de rebus divisiis. Secundo de hereditatibus ab intestato. Tertius de obligatibus. Quartus abinde versus ad finem huius voluminis, et hoc fieri feci, scilicet librum institutum, in quatuor libros partiti ad similitudinem quatuor elementorum, scilicet aquae, terre, ignis, et aeris, quod ex his omne corpus gubernat humanum, ita ex hoc volumine institutionum per quatuor libros partito seu diviso iuvenes sustentant, id est adiuvant, ut postea possint secure accedere ad libros legales, et qui in istis institutionibus primo studuerint. Et hoc in sexta parte versus ad. S. In quibus. Ibi incipit septima ubi tradit curam da tacite quodam sibi post se fieri in hunc modum. Posset dicere aliquis, domine imperator que est materia istarum institutionum. Et ipse respondit, sicut ex auro et argento seu ex materia auri fit annulus, ita iste due institutiones facte sunt ex eo quod oli erat in versus ex legibus antiquis, et ex eis legibus antiquis que in versus esse desierunt, sed ego